

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum sit mensuranda secundum acceptum beneficium, vel secundum  
dantis affectum? 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

tardandum, cùm opportunum tempus aduenerit. Et idem etiam obseruari oportet in beneficiorum recompensatione.

## ARTIC. V.

*Vtrum gratiarum actio sit attendenda secundum affectum benefactoris, an secundum effectum?*

§ 58

*Sup. a.3.  
ad 5. &  
6. & inf.  
a.6. ad 8*

**A**d quintum sic proceditur. Videtur, quod beneficiorum recompensatio non sit attendenda secundum affectum beneficiantis, sed secundum effectum. Recompensatio enim beneficijs debetur. Sed beneficium in effectu consistit, ut ipsum nomen sonat. Ergo recompensatio debet attendi secundum effectum.

¶ 2 Præterea, Gratia, quæ recompensat beneficij, est pars iustitiae. Sed iustitia respicit æqualitatem dati & accepti. Ergo & in gratiarum recompensatione attendendus est magis effectus, quam effectus beneficiantis.

¶ 3 Præterea, Nullus potest attendere ad id quod ignorat. Sed solus Deus cognoscit interiorem affectum. Ergo non potest fieri gratiæ recompensatio secundum affectum.

**S E D** contra est, quod Seneca dicit in *r. de Benefic.* \* Nonnumquam magis nos obligat qui dedit parua magnificè, & qui exiguum tribuit, sed libenter.

**R E S P O N D E O** dicendum, quod recompensatio beneficij potest ad tres virtutes pertinere, scilicet ad iustitiam, ad gratiam, & ad amicitiam. Ad iusticiam quidem pertinet, quando recompensatio habet rationem debiti legalis: sicut in mutuo & alijs huiusmodi: & in tali, recompensatio debet attendi secundum quantitatem dari. Ad amicitiam autem pertinet recompensatio beneficii, & similiter ad virtutem gratiæ secundum quod habet rationem debiti moralis. Altera tamen, & aliter. Nam in recompensatione amicitiae operet respectum haberi ad amicitiæ causam. Vnde in amicitia utilis debet recompensatio fieri secundum

vti-

QVÆST. CVI. ART. V. 567  
vilitatem, quam quis ex beneficio consecutus est. In amicitia autem honesti debet in recompensatione haberi respectus ad electionem sive ad affectum dantis: quia hoc præcipue requiritur ad virtutem, ut dicitur in 8. Eth. \* Et similiter, quia gratia respicit beneficium secundum quod est gratis impensum, quod quidem pertinet ad affectum: ideo etiam gratia recompensatio attendit magis affectum dantis, quam effectum.

Ad primum ergo dicendum, quod omnis actus moralis ex voluntate dependet. Vnde beneficium secundum quod est laudabile, prout ei gratia recompensatio debetur, materialiter quidem consistit in affectu, sed formaliter & principaliter in voluntate. Vnde Seneca dicit in 1. de Beneficijs\*, Beneficium \* c. 6. cir. non in eo quod fit, aut datur, consistit; sed in ipso principi dantis, aut facientis animo.

Ad secundum dicendum, quod gratia est pars iustitiae, non quidem sicut species generis, sed per quamdam reductionem ad genus iustitiae, ut supra dictum est †. Vnde non oportet, quod eadem ratio debiti atq. 80. tendatur in vtraque virtute.

Ad tertium dicendum, quod affectus hominis per se quidem solus Deus videt: sed secundum quod per aliqua signa manifestatur, potest etiam ipsum homo cognoscere. Et hoc modo affectus benefacientis cognosciatur ex ipso modo, quo beneficium tribuitur: puta, quia gaudenter, & prompte aliquis beneficium impendit.

ARTIC. VI.

*Vtrum oporteat aliquem plus exhibere in recompensatione, quam suscepit in beneficio?*  
**A**d sexum sic proceditur. Videatur, quod non oporteat aliquem plus exhibere in recompensatione, quam suscepit in beneficio. Quibusdam enim (sicut parentibus) nec etiam æqualis recompensatio fieri potest, sicut Philosoph. dicit in 8. Ethicor. \* Sed virtus non conatur ad impossibile. Non ergo gratia recompensatio tendit ad aliquid maius.

Nn 4 ¶ 2 Præ-